

**ESERCIZIO 1 ► PERIODO IPOTETICO INDIPENDENTE DEL I TIPO**

Traduci le seguenti frasi.

- a. <sup>1</sup> *Si peccavi, inscius feci.* (Ter.) <sup>2</sup> *Pecunia est ancilla, si scis uti, si nescis, domina.* (Publ. Syr.) <sup>3</sup> *Fac ut dixi, si sapis.* (Ter.) <sup>4</sup> *Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria.* (Cic.) <sup>5</sup> *Erras, si putas animosius detrimenta divites ferre.* (Sen.) <sup>6</sup> *Si quid erit certi, faciam te statim certiore.* (Cic.) <sup>7</sup> *Quem ego diem si vidēro et si in vestrum complexum venēro ac si et vos et me ipsum recuperāro (= recuperavēro), satis magnum mihi fructum videbor percepisse et vestrae pietatis et meae.* (Cic.) <sup>8</sup> *Si quis etiam a culpa vacuus in amicitiam Catilinae incidērat, cotidiano usu atque illecēbris facile par similisque ceteris efficiebatur.* (Sall.) <sup>9</sup> *Plena est voluptatis senectus, si illa scias<sup>1</sup> uti.* (Sen.) <sup>10</sup> *Turpis excusatio est et minime accipienda, si quis contra rem publicam se amici causā fecisse fateatur<sup>1</sup>.* (Cic.) <sup>11</sup> *Si me dilīgis, si vis a me dilīgi, ad me litteras quam primum mitte.* (Cic.) <sup>12</sup> *Si vincimus, omnia nobis tuta erunt.* (Sall.)
1. Protasi con congiuntivo eventuale.
- b. <sup>1</sup> Se quelli che credete vostri amici vi disprezzano, da chi sarete trovati onesti? <sup>2</sup> Se vuoi diventare più saggio, segui gli insegnamenti degli antichi filosofi. <sup>3</sup> Se i rinforzi non giungeranno al più presto, ci troveremo in grande pericolo. <sup>4</sup> Se vogliamo essere giudici imparziali di ogni cosa, persuadiamoci anzitutto di questo, che nessuno di noi è senza colpa. <sup>5</sup> Se ho compiuto il mio dovere, che cosa dovrei temere? <sup>6</sup> Se l'animo è oppresso dal dolore, anche il corpo viene debilitato.

**ESERCIZIO 2 ► PERIODO IPOTETICO INDIPENDENTE DEL II TIPO**

Traduci le seguenti frasi.

- a. <sup>1</sup> *Si cum hac exceptione detur sapientia, ut (= «cioè che...») illam inclusam teneam nec enuntiem, reiciam: nullius boni sine socio iucunda possessio est.* (Sen.) <sup>2</sup> *Si hoc dicam, tibi levior videar.* (Cic.) <sup>3</sup> *Multa ioca, si prolata sint, inepta videantur.* (Cic.) <sup>4</sup> *Ego si Scipionis desiderio me movēri negem, certe mentiar.* (Cic.) <sup>5</sup> *Thucydīdis orationes ego laudare soleo; imitari neque possim, si velim, neque velim fortasse, si possim.* (Cic.) <sup>6</sup> *Amici vitia si feras, facias tua.* (Publ.) <sup>7</sup> *Si quis in itinere aut in ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid attentius cogitet, non reprehendatur, at hoc idem si in convivio fecērit, inhumanus videatur.* (Cic.) <sup>8</sup> *Si dicas flammae maiorem vim esse quam fumi, non mentiēris.* (Sen.) <sup>9</sup> *Si ego memōrem quae erga me multa fecisti bene, nox diem adimat.* (Plaut.) <sup>10</sup> *Si quis gladium apud te sana mente deposuērit, repētat insaniens, reddere peccatum sit, officium non reddere.* (Cic.) <sup>11</sup> *Sapiens, si quaesitum ex eo sit stellarum numerus par an impar sit, nescire se dicat.* (Cic.) <sup>12</sup> *Minus saepe pecces, si scias quod nescias.* (Publ.)
- b. <sup>1</sup> Se dicessi di aver compreso tutte le tue parole, mentirei. <sup>2</sup> Se tu pensassi, come molti pensano, che la patria non è in pericolo, sbagliaresti. <sup>3</sup> Se faceste ciò, commettereste un grave errore. <sup>4</sup> Se vi raccontassi per filo e per segno (usa *enarro*, *are*) tutta la vicenda, mi mancherebbe il tempo (usa *dies*). <sup>5</sup> Che cosa diresti, se io negassi di averti mai mandato questa lettera? <sup>6</sup> Se uno avesse speso il suo patrimonio per aiutare la città, non sarebbe giusto soccorrerlo, se fosse in difficoltà?

**ESERCIZIO 3 ► PERIODO IPOTETICO INDIPENDENTE DEL III TIPO**

Traduci le seguenti frasi.

- a. <sup>1</sup> *Hic si tu adesses, nihil timērem.* (Cic.) <sup>2</sup> *Quid facere potuissem, nisi tum consul fuisset?* (Cic.) <sup>3</sup> *Aurum et argentum, aes, ferrum frustra natura divina genuisset, nisi eadem docuisset quemadmōdum ad eorum venas perveniretur.* (Cic.) <sup>4</sup> *Emissem pallium, si nummos habērem.* (Plaut.) <sup>5</sup> *Divitias nego bonum esse: nam si essent, bonos facerent.* (Sen.) <sup>6</sup> *Si (id) rogasses, fecissem.* (Cic.) <sup>7</sup> *Haec quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiae portum contulissem.* (Cic.) <sup>8</sup> *Leonnatus Eumēnem interficere conatus est, et fecisset, nisi ille clam noctu ex praesidiis eius effugisset.* (Nep.) <sup>9</sup> *Medici, si*



*omnibus morbis mederi possent, felicissimi essent hominum.* (Sen.) <sup>10</sup> *C. Gracchus, si diutius vixisset, vel paternam vel avitam gloriam esset consecutus.* (Cic.) <sup>11</sup> *Nisi hoc tempore diem supremum obiisset<sup>1</sup>, paucis post annis tamen ei moriendum fuit<sup>2</sup>.* (Sen.) <sup>12</sup> *O quantum habere potuit<sup>2</sup>, si valuisset!* (Sen.)

1. *Diem supremum obire*, «morire». 2. Apodosi all'indicativo con verbi ed espressioni indicanti doverosità, necessità....

- b. <sup>1</sup> Se tu fossi andato nell'accampamento, saresti stato visto dai tribuni militari; ma essi non ti hanno visto, dunque non ci sei andato. <sup>2</sup> Pirro non sarebbe giunto in Italia per combattere contro i Romani, se non fosse stato chiamato in aiuto dai Tarentini. <sup>3</sup> Se non foste arrivati troppo tardi, avreste assistito allo spettacolo. <sup>4</sup> Se i Romani avessero disperato della salvezza dopo la sconfitta di Canne, Roma sarebbe stata occupata da Annibale. <sup>5</sup> Se tu fossi presente, sopporterei meglio i colpi della sorte avversa. <sup>6</sup> Se queste pareti potessero parlare, rivelerebbero i segreti dei congiurati.

## ESERCIZIO 4 ► PERIODO IPOTETICO DIPENDENTE CON APODOSI ALL'INFINITO

Traduci le seguenti frasi.

- a. <sup>1</sup> *Nuntiatum est nobis M. Varronem, nisi de via fessus esset, continuo ad nos venturum fuisse.* (Cic.) <sup>2</sup> *Quam putas futuram esse vitam tuam, si quis deus tibi dixèrit quot morbos quotque calamitates perpressurus sis in senectute?* (Cic.) <sup>3</sup> *Hortensius ait, si uni omnia<sup>1</sup> tribuenda sint, dignissimum esse Pompeium, sed ad unum tamen omnia deferre non oportere.* (Cic.) <sup>4</sup> *An Cn. Pompeium censes gloriam suam laetaturum fuisse, si sciret in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri?* (Cic.) <sup>5</sup> *Clamat Epicurus non posse iucunde vivi, nisi sapienter, honeste iusteque vivatur.* (Cic.) <sup>6</sup> *Lucius Caesar dixit se aliam sententiam dicturum fuisse, nisi propinquitate<sup>2</sup> impediretur.* (Caes.) <sup>7</sup> *Publius Scipio senatui respondit, si Lucio Scipioni, fratri suo, provinciam decrevissent, se cum eo iturum esse.* (Cic.) <sup>8</sup> *Hannibal iubet, si Casilinates in pertinacia perstent, vi rem gerere.* (Liv.) <sup>9</sup> *Agesilaus, cum Epaminondas Spartam oppugnaret essetque sine muris oppidum, talem se imperatorem praebuit, ut eo tempore apparuerit, nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse.* (Nep.) <sup>10</sup> *Roscius facile egestatem suam se laturum putat, si hac indigna suspitione liberatus sit.* (Cic.) <sup>11</sup> *Nonnulli Antonium opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimant.* (Cic.) <sup>12</sup> *Sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi esse pereundum.* (Nep.)

1. *Omnia*, «tutti i poteri». 2. *Propinquitate* = «dalla parentela», dato che Lucio Cesare era cugino di Giulio Cesare.

- b. <sup>1</sup> È chiaro che mentono, se affermano ciò. <sup>2</sup> Penso che i nostri amici, se avessero avuto la più piccola possibilità di portarci aiuto, avrebbero osato ogni cosa. <sup>3</sup> Pare che Annibale avrebbe potuto vincere i Romani, se non fosse stato indebolito in patria dall'invidia dei suoi concittadini. <sup>4</sup> Attico mi ha informato per lettera che, se non fosse caduto ammalato, sarebbe venuto volentieri con noi. <sup>5</sup> Parmenione disse che egli avrebbe accettato le condizioni offerte da Dario, se fosse stato Alessandro. <sup>6</sup> Il comandante romano ordinò ai nemici di deporre le armi, se non volevano essere uccisi.

## ESERCIZIO 5 ► PERIODO IPOTETICO DIPENDENTE CON L'APODOSI AL CONGIUNTIVO

Traduci le seguenti frasi.

- a. <sup>1</sup> *C. Gracchus, si diutius vixisset, eloquentiam nescio an habuisset parem neminem.* (Cic.) <sup>2</sup> *Non dubito quin, si hoc fecisses, te facti paenituisset.* (Cic.) <sup>3</sup> *Caesar imperat ut, si exercitus sustinere impetum non possit, eruptione pugnet.* (Caes.) <sup>4</sup> *Dic mihi, Appi Claudii, quidnam facturum fueris, si eo tempore, quo C. Furius et M. Geganius censores fuerunt, censor fuisses.* (Liv.) <sup>5</sup> *Multi etiam dolorem saepe perpetiuntur ne, si id non faciant, incidant in maiorem.* (Cic.) <sup>6</sup> *Caesar copias produxit ut, si vellet Ariovistus proelio contendere, ei potestas non deesset.* (Caes.) <sup>7</sup> *Quaero, si te homines armati limine aedium tuarum prohibuerint, quid acturus sis.* (Cic.) <sup>8</sup> *Quaesisti a me, Lucili, quid (= cur), si providentiam mundus regeretur, multa bonis viris accidere mala.* (Sen.) <sup>9</sup> *Sub id fere tempus Quintilius Varus cum tribus legionibus in Germania periit, nemine dubitante quin victores Germani se iuncturi Pannoniis fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset.* (Tac.) <sup>10</sup> *Aetoli adeo exasperati sunt ut,*

*si in pace fuissent, illo impetu irae concitari potuerint ad bellum.* (Liv.) <sup>11</sup> *Res tam scelerata et nefaria est ut, etiam si lex non esset, magnopere vitanda fuerit.* (Cic.) <sup>12</sup> *Post pugnam Cannensem dubium non erat quin ultimum illum diem habitura fuerit Roma quintumque intra diem epulari Hannibal in Capitolio potuerit, si Hannibal, quemadmodum sciret vincere, sic uti victoria scisset.* (Flor.)

- b. <sup>1</sup> Non c'è dubbio che mentono, se affermano ciò. <sup>2</sup> Nulla mi impediva di parlare, se volevo. <sup>3</sup> Non c'è dubbio che, se Elena non fosse stata rapita, i Greci non avrebbero distrutto Troia. <sup>4</sup> Nessuno dubita che gli uomini sarebbero felici, se fossero guidati dalla saggezza e non dall'avidità. <sup>5</sup> Temo che tu, se potessi, abbandoneresti la nostra causa. <sup>6</sup> Desidero sapere da te che cosa dirai, se sarai interrogato.

## Versioni

### VERSIONE 1 Casi di coscienza

Cicerone, nel *De officiis*, trattando dei doveri pubblici e privati degli uomini, pone il problema del conflitto morale tra due doveri contrastanti, proponendo, per meglio chiarire la questione, anche degli *exempla ficta*.

**Costrutti notevoli:**  
 ■ periodo ipotetico indipendente

*Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebitne eam sapiens, si potuerit? (Ecaton<sup>1</sup>) negat, quia sit iniuriam. Quid? Si una tabula sit, duo naufragi, eique<sup>3</sup> sapientes, sibine uterque rapiat an alter cedat alteri? Cedat, vero, sed ei cuius magis intersit vel sua vel rei publicae causa vivere. Quid? Si haec paria in utroque? Nullum erit certamen, sed, quasi sorte victus, alteri cedet alter. Quid? Si pater fana expilet, cuniculos agat ad aerarium, indicetne id magistratibus filius? Nefas id quidem est; quin etiam (= «ma anzi») defendat patrem, si arguatur. Non igitur patria praestat omnibus officiis? Immo<sup>4</sup> vero, sed ipsi patriae conducit (= «è utile») pios habere cives in parentes. Quid? Si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater, silebitne filius? Immo vero, obsecrabit patrem ne faciat. Si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam; ad extremum, si ad perniciem patriae res spectabit, filius patriae salutem anteponet saluti patris.*

(Cicerone)

1. Ecatone è un filosofo stoico del II secolo a.C. autore di un trattato *Sui doveri*. 2. *Quid? Si* = «E se...»: *quid* (avverbio) ha la funzione di marcare enfaticamente la serie incalzante delle domande. 3. Ricorda il valore aggiuntivo-intensivo di *is, ea, id*. 4. L'avverbio *immo* (spesso rafforzato da *vero*), introducendo una risposta che rettifica quando detto in precedenza, può avere sia senso positivo («sì certamente»), come in questo caso, sia negativo («no di certo»), come avviene poco sotto (r. 9).

### VERSIONE 2 Ormai è guerra civile!

Da Capua Cicerone scrive al segretario Tirone per informarlo che il suo ruolo di mediatore tra Cesare e Pompeo non ha sortito alcun effetto e che non c'è più speranza di evitare la guerra civile: tutti sembrano travolti da una straordinaria follia (*mirus furor*) che li spinge a combattere, mentre Cesare, che ha imposto condizioni che Pompeo e lo stato non possono accettare, non è disposto ad alcuna concessione.

**Costrutti notevoli:**  
 ■ periodo ipotetico indipendente e dipendente

*TULLIUS S.D. TIRONI SUO*  
*In eum locum res deducta est<sup>1</sup> ut, nisi qui<sup>2</sup> deus vel casus aliquis subvenierit, salvi esse nequeamus. Equidem, ut veni ad Urbem, non destiti omnia et dicere et facere quae ad concordiam pertinerent; sed mirus invaserat furor non solum improbis sed etiam iis qui boni<sup>3</sup> habentur, ut pugnare cuperent, me clamante<sup>4</sup> nihil esse bello civili miserius.*  
*Itaque cum Caesar amentia quadam raperetur et, oblitus nominis atque honorum suorum<sup>5</sup>, Ariminum, Pisaurum, Anconam, Arretium occupavisset, urbem reliquimus.*



*Quo quidem in casu simus, vides. Feruntur condiciones a Caesare, ut Pompeius eat in Hispaniam et praesidia nostra dimittantur; (Caesar promittit) se Ulteriolem Galliam<sup>6</sup> Domitio, Citeriolem Considio Noniano traditurum (esse); ad consulatus petitionem sine exercitu se venturum. Accepimus condiciones, sed ita ut<sup>7</sup> removeat praesidia ex iis locis quae occupavit, ut sine metu de his ipsis condicionibus Romae senatus haberi<sup>8</sup> possit.*

*Id ille si fecerit, spes est pacis non honestae (= «onorevole»), sed quidvis est melius quam sic esse ut sumus. Sin autem ille suis condicionibus stare noluèrit, bellum paratum est.*

(Cicerone)

1. *In eum locum res deducta est*: «La situazione è degradata a tal punto...». 2. *Qui = aliqui*. 3. *Boni (cives)* sono i «cittadini onesti». 4. *Ablativo assoluto con valore concessivo*. 5. *Nominis... suorum*: «del suo nome e della sua dignità». 6. Le province galliche erano due: Ulteriore (al di là delle Alpi) e Citeriore (al di qua delle Alpi). 7. *Ita ut* = «a patto che». 8. *Senatum habere* = «riunire il senato per discutere di...».

### VERSIONE 3 La conoscenza del futuro non è utile all'uomo

Cicerone, portando ad esempio non solo la sorte del mitico re Priamo, ma anche la triste fine dei triumviri Marco Crasso, Gneo Pompeo e Gaio Cesare, afferma che gli uomini non potrebbero godere dei beni della vita, se conoscessero il destino che li attende.

*Ego ne utilem quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam. Quae enim vita fuisset Priamo, si ab adolescentia scisset quos eventus senectutis esset habiturus? Abeamus a fabulis<sup>1</sup>, propiora videamus. Clarissimorum hominum nostrae civitatis gravissimos exitus in Consolatione<sup>2</sup> conlegimus. Marcone<sup>3</sup> Crasso putas utile fuisse tum, cum maximis opibus fortunisque florebat, scire sibi, interfecto Publio filio exercituque deleto, trans Euphratem cum ignominia et dedecore esse pereundum? An Cn. Pompeium censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloriā laetaturum fuisse, si sciret se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri amisso exercitu, post mortem vero ea consecutura (esse)<sup>4</sup>, quae sine lacrimis non possumus dicere? Quid vero Caesarem acturum fuisse putamus, si divinasset fore ut in eo senatu, quem maiore ex parte ipse cooptasset, in curia Pompeia, ante ipsius Pompei simulacrum, trucidatus iaceret? Certe igitur ignoratio futurorum malorum utilior est quam scientia.*

1. *Fabulae* = «miti». 2. Opera scritta per la morte della figlia Tulliola. 3. Attenzione all'enclitica interrogativa *-ne!* 4. Il verbo *consequor* è usato con valore intransitivo («seguire», «tener dietro»).